

Praetorius, Michael: Syntagmatis musici (Tomus Tertius): Darinnen 1. Die Bedeutung, wie auch Abtheil- vnd Beschreibung fast aller Nahmen, der Italianischen, Frantzösischen, Englischen vnd jetziger zeit in Teutschland gebräuchlichen Gesänge: Alß, Concerten, Moteten, Madrigalien, Canzozonen, etc. 2. Was im singen, bey den Noten vnd Tactu, Modis vnd Transpositione, Partibus seu Vocibus vnd vnterschiedenen Choris, Auch bey den Unisonis vnd Octavis zu observiren: 3. Wie die Italianische vnd andere Termini Musici ... zu nennen ...

Wolfenbüttel, 1619 [VD17 23:627399A]



Seite 29





29

Das I. Capitel.

De LIGATURA, seu notarum colligatione.

Von etlichen Ligaturen.



 Eterum regula (*prima carens caudâ, longa est, pendente*
secundâ: cur observari debeat non video, sed in Liga-
tura tam descendentem quàm ascendentem pro Brevisem-
per sine discrimine habendam judico: Præsertim cum Liga-
tura ista  jam fermè exolèverit, & in officinis typogra-
phicis rarissimè reperiatur.



Ego cum Lippio, Haslero & aliis in hac sum opinione; omnes ligatu-
ras intricatas esse semovendas, præter unam hanc semibrevium : & illa-
rum loco hanc virgulam  usurpandam esse. Ideoq; non tantum in Minimis,
Semiminimis & Fulsis, sed etiam in Brevisibus & Semibrevibus, quod tam à no-
stratibus, quàm Italis jam factum video, virgulam illam loco ligaturæ appo-
sui, quò inter alia etiam choralis Melodia melius observari possit. Nam si ve-
teres, , ligatas hoc signo  notaverint, etiam hoc tempore, ubi celeri-
ori Notarum tractu utimur ligatam virgulâ non incommodè notandam esse
puto.

Das II. Capitel.

De Notarum in Tripla & Sesquialtera denigratione
& perfectione.

Wie etliche Noten in der Tripla vnd Sesquialtera zu besserer
vnd mehrer bequemligkeit im singen zu zeich-
nen seyn.

Brevem  in tripla, & Semibrevem  in Sesquialtera proport. si quan-
do contra tactum cantatur, denigrandam operæ precium esse duxi, quò com-
modius tactus tam in Tripla quàm Sesquialtera observari & discerni possit.

Præterea & hoc monendum, perfectionem hætenus à plurimis etiam in
sesquialtera observatam fuisse, ita, ut ad semibrevem  quando per sequen-
tem  perficitur, punctû nullum apposuerint, nigredineq; ubi necessitas re-
qui-

D 3